

**Exhortatio ad Orationem pro Leone Pp. XIV
Per intercessionem Dominae Nostrae de Guadalupe**

Domina Nostra de Guadalupe pro Sacro Cardinalium Collegio in Conclavi invocata, Pontificeque Leone Pp. XIV Sancti Petri Successore et Christi Vicario in terris electo, nunc Summum eundem Pontificem Leonem orando iuvemus, Dominam Nostram de Guadalupe petentes ut eum custodiat et protegat. Scimus tumultum magnum qui mundum obsidet et Ecclesiae minatur. Papa Leo electus est pastor noster qui bonum certamen certet, Dominum in via crucis prosequatur sitque fidelis Ei in Sancta Ecclesia Catholica eius. Nullo praetermittamus modo pro eo orare.

Assidue confidamus Dominam Nostram de Guadalupe petituram gratias cunctas Papae Leoni necessarias ut Ecclesiam vere pascat totam per terram in difficillimis hisce temporibus. *¡Viva Cristo Rey! ¡Viva la Virgen de Guadalupe! ¡Viva el Papa!* Vivat Christus Rex! Vivat Virgo de Guadalupe! Vivat Papa!

Raymundus Leo S.R.E. Cardinalis BVRKE
Die XVIII mensis Maii MMXXV